



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Promoemium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
CHRISTI  
905.  
vel 906.

LEGES ECCLESIASTICÆ

EDOARDI SENIORIS REGIS ANGLIÆ,

& Guthurni regis Danorum in Eastanglia, &c. ab Aluredo Magno & Guthurno regibus primum conditæ, & nunc denuo ab Edouardo filio eiusdem Aluredi & Guthurno foedus ineuntibus, Intingfordæ ut videatur, confirmatæ.

TITVL LI LEGVM ECCLESIASTICARVM.

- |  |  |
|--|--|
| I. De pace ecclesiæ.   | VII. De iis qui die dominico sua negotia agunt.      |
| II. De apostatis.  | VIII. De ieiuniis.                                   |
| III. De correctione ordinatorum, id est, sacris initiatorum. | IX. De irrejurando & ordalio.                        |
| IV. De incestu.  | X. De membro truncato post tertium diem subueniendo. |
| V. De rei capitalis damnato confessorem desiderante.         | XI. De sagis, ariolantibus, peierantibus, &c.        |
| VI. De decimis & censu ecclesiæ detentis.                    | XII. De iis qui sacris initiantur, & de peregrinis.  |

Proæmium.

**H**æc ea sunt senatus consulta ac instituta, quæ primo Aluredus & Guthurnus reges, deinde Edouardus & Guthurnus reges, illis ipsis temporibus tulere, cum pacis foedus Daci & Angli ferierunt, ac se se mutuo amplexi sunt, quæque postea a sapientibus recitata sèpius, atque ad communem regni utilitatem aucta, atque amplificata sunt.

Ante omnia, Deum vnum spreto omni ac repudiato cultu barbaro, auguste sancteque venerandum proposuerunt; tum leges humanas (propterea quod pro explorato haberent nolle sine his quamplurimos aut in officio containeris suo, aut ecclesiasticæ morem gerere disciplinæ) conscribendas curarunt, easque Christo cum rege communies promulgarunt, his ut eorum coerceretur temeritas, qui episcopi imperata obire noluerint.

LEGES ECCLESIASTICÆ.

I.

Hoc igitur primo decreuerunt, ut ecclesiæ pax intra  
*Concil. Tom. 24.*

Xxx